Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

De principio saeculi et interregnis gentium et fine saeculorum

https://hdl.handle.net/1874/291139

Voluntas in concupiscentiam carnis et concupiscentiam oculorum: et ambitionem seculi. Est trinitas per quam resurrexit fides. spes. caritas. Que etiam trimenbres habent subdiuisiones. Est enim fides preceptorum et signorum: promissorum. Est et spes uenie: gratie et glorie. Est etiam et caritas. de corde puro: de conscientia bona: de fide non ficta.

Explicit epistola de quo trinitas per quam homo

Finito libro reddatur cena magistro amen.

In nomine christi incipit liber methodii episcopi ecclesie paterensis et martyris christi quem de hebreo et greco in latino transferre curauit. i. de principio seculi et inter regna gentium et fine seculorum. Quem illustrium uirorum beatus ieronimus in suis opusculis collaudat.

Incipit methodius.

Sciendum namque nobis est fratres karissimi quomodo in principio deus creauit celum et terram: per ipsum omnia creata sunt. et quomodo fecit deus hominem et adiutorem similem sibi. et posuit eos in paradiso et uocauit nomina eorum: adam et euam. Qui postquam serpentino dolo decepti: eiecti sunt uirgines de paradiso. Anno autem tricesimo postquam eiecti sunt de paradiso: genuerunt chaim primogenitum et sororem eius deboram. Anno centesimo uite ade: occidit cain abel fratrem suum. et posuit manum super eum. Anno autem trecentesimo et tricesimo uite ade: primo miliario seculi: natus est ei filius nomine seth ad eius similitudinem uir gigas et magnus. Postea peperit adam et eua filios et filias. Anno autem sexcentesimo uite ade: ceperunt filii cain abuti uxores fratrum suorum in fornicationibus nimiis. Octingentesimo uero anno uite ade: dilatate sunt super terram fornicationes et immunditie a filiis cayn. Anno autem nongentesimo et tricesimo mortuus est adam et sepultus est in ebron primo miliario seculi. Tunc diuise sunt cognationes. Seth a generatione

tam abstulit suam generatio
nem tonc̄ auertit in quendam mō
tem. q̄ erat prim̄ paradiso. Habi
tauit q̄ cain & ei cognato ubi nefan
dum fr̄icidium perpetrauit. i. in
india in eodem loco deliciar̄. ubi
ipse p̄mu cain condidit ciuitatem.
cui uocabulum imposuit effrem.
& ... ūra p̄ma facta est ante dilu
¶ ii. uium. Quadragesimo aū anno
t̄pr̄ iharet in sc̄do millario sc̄li. fue
runt uiri malefici & artis pessime
inuentores de filiis cain. & immun
dicie & spurcicie. idest obal. & tobal.
filii lamec ceci. q̄ p̄mu fuit cec. q̄ int
fecit cain. Isti inuenerūt opera ferri.
& eris & auri. & argenti malleandi
& ipsi p̄mit̄ adinuenerunt om̄s ar
tes musicas. Post annos aū septua
ginta uite iaret sc̄do millario sc̄li.
cepit multa malicia crescere super
t̄ram. q̄ a nobis & neglegenda sit. &
nō dicenda. Tunc concupierūt filii
dei filias hominū. Irat9 est dn̄s ds
& dolore cordis tactus. dixit. Penitet
me quod hominē feci super t̄ram.
nō p̄manebit sp̄c meus in homi
ne. p eo q caro sit. Post h̄ ingressi
st̄ filii dei ad filias hominū. & ge

nuerunt ex eis gigantes sup
terram. & facti sunt atrocissimi
sup cunctos hominum q̄ ha
bitant super t̄ram. Et tunc
p̄cepit dn̄s noe ut faceret s̄
archam. & induceret uxorem
ei9. & tres filios cum uxorib3 eor.
quos reseruauit in archa in inun
datione diluuii. Et f̄c̄m est dilu
uiū sup omnem t̄ram. & tulit
noe ex omni anima uiuente tā
inuolatilibus q̄m & bestiis. & om
nia que erāt sup terram. q̄ in ar
cha reseruata fuerunt. Anno sex
centesimo p̄mo. egressus est noe
de archa cum om̄ib3 q̄ fuerāt cum
eo. Tunc offerebat noe holocaus
tum dn̄o. benedixit noe & filiis
ei9. Sexcentesimo & duodecimo ¶ iii.
anno uite noe in tertio millario
sc̄li. reedificare cepit noe & filii ei
nouam possessionem in terra. &
appellauerūt regiones illas tanno
sexum nuncupatione numeri. q̄
exierūt de archa. idest octo. Trige
tesimo aū anno in tertio millario
sc̄li. genuit filium & uocauit no
men ei9 ionitum. Anno tricesimo
& q̄nq̄gesimo post diluuiū recessit

noe terram eotham. id est orientem
in clampnationem filii ionitti.
et mortuus est noe cum comple
ti sunt dies eius. i. anni nongenti
quinquaginta. Post obitum noe ue
nerunt filii eius in tercio miliario
seculi et descenderunt in terram senna
ar. ceperunt turrim edificare cuius
cacumen pertingeret ad celos
et illic diuisit deus lingua eos qui
facere ceperant. et dispersi sunt
super faciem tocius terre. diuisi sunt
super omnem terram. Ionitus fi
lius noe introiuit in terram eotha.
i. orientem unde sol oritur. et habita
uit ibi. et accepit a deo sapienci
am. et omnem astronomiam et hy
tera seculi ille inuenit. Sem filii noe
accepit terram asie. Cham terram me
ridianam. que est pars australis usque
ad occidentem. Iaphet introiuit contra
aquilonem usque ad occeanum mare. et di
uisi sunt per omnem terram. Ionitus
filius noe. ipse erudiuit nembroth
uirum gigantem et robustum uenatorem.
Et ipse nembroth post diluuium
edificauit ciuitatem que nuncupata
est babilonia. Anno septingentesi
simo in tercio miliario. edificata est
babilonia magna. Post hec autem
fecerunt sibi regem filii cham. cui nomen
erat pontubus. qui tenuit pontem.
et ex eo nomen accepit. Postea miserunt
iaphet ad ionitum uiros et artifices
architectorie constructores. et uene
runt in eotham ad ionitum et edifica
uerunt illi ciuitatem. que nuncupata
est ionita. et erat pax inter regnum
nembroth et regnum pontubi filii
cham. Dehinc contra se inuicem.
rebellare ceperunt. Audito hoc
ionitus scripsit epistolam ad nembroth
qui tenebat babiloniam. Hoc erat
scriptum. Quia regnum filiorum iaphet.
hinc incepit delere regnum filiorum
cham. Hec prima certamina apparu
erunt inter regna et regna. super
terram. Anno octauo in quarto mille
nario seculi. semper pugnabant
ciuili pugna. et uictum est regnum
cham. a regno nembroth. Et obti
nuit nembroth principatum. usque
ad cuius herescdem regem. qui te
nuit heresclem. Herescles autem
ipse concremauit regnum cham. et
captiuauit omnes qui erant habitan
tes iebuseos. amoreos. palestinos.
et afros. qui erant ad occidentem. Postea

excelsi, et chusedrum genuit regem. Congregauerunt se autem filii cham trecenti uiginti milia peditum. Audiens autem chusedro. dimisit eos usque dum transissent flumen tygrim. Tunc misit chusedro rex suum exercitum cum elephantis. et interfecit eos omnes. et non remansit ex eis quisquam. Ex tunc amaricata sunt regna contra se inuicem. Uicesimo quinto anno. in quinto milliario seculi. descendit sampsisab rex de eotham cum exercitu magno. et depopulauit multas ciuitates. id est septuaginta et octo regiones illius. et pertransiuit usque ad terciam regnum indorum. Postquam de india fuit reuersus uenit in arabiam. et exiit in desertum sabaa. in terra hysmaelitarum. ibique deuictus est sampsisab rex a saracenis. et ceciderunt in multa milia et fugerunt. Et tunc primum exierunt filii hysmael de heremo bellis certare. et introierunt in regna gentium secundum quod promisit deus hysmaeli. quod e regione fratrum suorum figeret tabernacula. Erant castra eorum multitudo magna. Ceperunt quoque pugnare contra orientalem terram et meridianam. Ceperunt

que desolare urbes. et fecerunt sibi nauigia et uenerunt usque in regiones occidentales prope romam et dominati sunt terris. Eo tempore inmunda corpora edebant. id est carnes camelorum. et bibebant sanguinem iumentorum mixto lacte. Tunc fecerunt sibi de ipsis. iiii. principes oreb. et zeb. et zebee. et salmana. Cumque introisset super filios israhel. percussit eos dominus ibidem. et tradidit eos in manu gedeon filii iohas. Fuerunt autem ibi cesi centum quadraginta milia et ceciderunt ibi principes eorum. et persequens eos gedeon usque eorum patriam. liberauit quoque deus filios israhel a seruitute filiorum hysmael. Futurum est autem ut faciant aliud simile. et destitutam faciant terram et obtineant orbem terre et regiones alias ab ortu usque ad occidentem. a meridie usque ad aquilonem et usque romam. et erit iugum eorum graue super ceruices gentium. et non erit gens aut regnum quod eos possit expugnare. usque ad numerum temporum illorum. Et postea deuincentur a christianis. et regno romanorum filii hysmahel subicientur. et erit magnificum regnum romanorum super cuncta regna gentium cum coniuncti fuerint a romanorum

et posuit in castris in terra filiorum ysmaelitarum.

et posuit i castra i t'ra filio

imperio. Post hec annos multos
regnaverunt et ipsi a romanis af-
flicti fuerunt. Babilonii IIII.
milia annorum regnaverunt et ipsi
a romanis afflicti fuerunt. Ma-
cedonii et regnum parthorum afflixe-
runt armis. Scitos et indos eis suppli-
ces fuerunt. Afros. spanos. gallos.
Germanos. suavos. britones. belle-
ricos. armis adquisierunt. Hii iterum
surgent filii hismahel de heremo
et resistent regno romanorum. quod
scriptura commemorat. Australia
brachia danielis prevenies et confringent
regnum. In novissimo autem sexto
millario seculi exient filii hisma-
hel de heremo et erit adventus
eorum castigacio sine mensura et sine
misericordia. Et tradet deus in manus
eorum cuncta regna gencium propter peccata que
operata sunt contra precepta dei. Ideo
tradidit nos deus in manum barbarorum
quia obliti sunt precepta dei. Faciunt
enim tam multa illicita quia maculant
semetipsos. quod turpissimum est ad dicen-
dum. Propterea tradet eos deus in manus
saracenorum. Persida erit in captivi-
tate et occisione. Capadocia in capti-
vitate et occisione erit. Sicilia

in iugulatione erit. Terra syrie
erit in solitudine. et eius habitato-
res captivi ducentur. Silicia similiter
et habitatores eius gladio peribunt.
Grecia in occisione erit. et captivi-
tate. Affrica erit similiter. Egiptii
et orientales et asia erunt sub tribu-
to gravi in argento et auro. Hispani-
a gladio peribit et captivi ducentur
habitatores eius. Gallia. Germania.
Agothania. variis plagis devorate
multi ex eis captivi ducentur.
Romani in occisione erunt et ceteri
in fugam. in insulis maris erunt
in dissolucione. Et obtinebunt filii
hismahel introitum ab aquilone et ori-
ente et meridie et occidente. Et reple-
buntur ierosolima de cunctis gentibus
que captive ducentur et replebitur terra
repromissionis de omnibus gentibus.
Et erit iugum eorum grave super omnes
gentes. Et erunt omnia sub iugo eorum et
tributo et omnia ornamenta divitum
eorum erunt. et que fuerunt in ecclesia sanctorum
sive aurum aut argentum. sive la-
pides preciosi et omnia ornamenta
ecclesiarum eorum erunt. Et distribuent
ministeria dei et erunt sacerdotes sicut
populus. quia ecclesie incendio crema-

bibunt. et erit destructio multa, et
proicient corpora eorum in plateis. eo quod
non sint qui sepeliant. Et erit it. terra
tenora mari usque ad mare. et erunt
regiones sine via. et notabuntur via
eorum via angustie. et conficientur simul
iuvenes et senes, divites et paupe-
res cum afflictione gemitus et dicent.
Beati sunt illi qui de hac luce non precesserunt.
serunt. Sicut beatus paulus apostolus dixit.
Enim venerit dissensio primum et revela-
tus fuerit homo peccati filius perdi-
tionis. Quid est aliud dissensio nisi
disciplina. qua corripientur universi
habitatores terre. a filiis hismahelis?
Propterea onagrum deus appellavit is-
maelem patrem illorum. Propter hoc in
dissolucionem erunt omnem terram.
et erunt urbes multe deserte. Non
enim sunt homines isti. sicut alie gentes
sed sunt filii de heremo venti. et sunt
hominibus odibiles. Audi immita-
tionem eorum quomodo de heremo exituri fu-
erunt. Mulieres habentes in ute-
ris partus. simul interficient gladio.
Sacerdotes in locis sanctorum interfici-
ent. In ecclesia sanctorum cum mulieribus
concumbent. et sacris ecclesiarum vestimentis induent. ipsi et uxores

eorum. Iumenta eorum ligaturi sunt
ad sepulcra sanctorum tamquam ad prese-
pia. et erit tribulatio magna super
christianos qui habitant super terram.
Et tunc apparebunt qui sunt fideles
in christo credituri. Non enim propterea
misit deus has tribulationes super
christianos. ut iniusti deleantur qui in christo sunt
crediti. sed ut manifestentur qui in
christo erunt fidelissime credituri
sicut ipsa veritas dicit. Beati estis
cum persecuti fuerint vos propter nomen
meum et reliqua. Sic enim persecuti
fuerunt prophetas qui fuerunt ante vos.
Sed qui perseveraverit usque in finem
hic salvus erit. Et post tribulationem
dierum que facta erit a filiis hisma-
hel. dissoluta erit omnis terra ab
eis. Et erunt amicti ornamentis
ex auro et purpura et splendidis vesti-
mentis. tamquam sponsi dicentes.
Nequaquam se possunt christiani eripere
de manibus nostris. et gloriabuntur
in suis victoriis et dicent. Ecce omnem
terram in fortitudine nostra et omnes
qui habitant in ea. Tunc recordabitur
dominus deus secundum misericordiam
suam quam repromisit diligentibus se.
et qui in christo sunt crediti. et liberabit

eos de manu sarracenorum. Surget autem gens francorum et preliabitur cum eis et occidet eos gladio. et captiuas ducet mulieres eorum et infantes eorum interficiet. Et descendent filii hismahel in gladium et tribulationem et afflictionem. et reddet illis dominus mala que ipsi fecerunt aliis. Et irruet super eos malicia septies tantum quantum malis gesserunt. Et tradet illos dominus in manus francorum. et erit regnum francorum exaltatum super omnia regna. Et imponet francus iugum super eos graue. et erunt serui qui remanebunt. Et tunc pacificabitur terra que ab eis fuerat destituta et qui captiuati fuerant ab eis reuertentur in terram suam et multiplicabuntur homines super terram. Et erit indignatio magna regi romanorum super eos qui christum negauerunt. Egyptios et arabes christum negauerunt. Et erit pax et tranquillitas magna super terram. qualis non fuit antea nec erit similis post illam. eo quod in fine seculorum erit. Et erit pax et leticia super omnem terram. et requiescent a tribulationibus suis. Hec erit illa pax de qua dicit apostolus. Cum fuerit tranquillitas et securitas. tunc ueniet repentinus interitus

Et erunt homines in diebus illis sicut erant in diebus noe. edentes et bibentes. et ad nuptias tradentes. et non erit timor in corde eorum. Ista erit aduentura gog. Et cum fuerit ista pax. tunc desolabuntur porte caspie in lateribus aquilonis. Et gentes ille cum gog et magog et concutietur omnis terra pre timore eorum. et expauescent omnes homines habitantes in terra. et abscondent in montibus et speluncis a conspectu eorum. Et progenie cum filiis iaphet et exiet plaga aquilonis. Carnes hominum comedent et serpentes et iumenta. Mulieres que cum pariunt manducabunt. et nullus erit qui possit expugnare illos. Post .vii. annos temporum illorum cum comprehenderint ciuitatem iosephen. mittet deus unum de principibus suis. et percutiet eos cum fulgure et igne sub uno momento. Et ueniet imperator grecorum et sedebit in ierusalem septem annos. Et tunc apparebit filius perditionis qui dicitur antichristus. Nascetur autem in corozaim. et nutrietur in bethsaida. et regnabit in capharnaum. Sicut dominus dixit in euangelio. Ve tibi corozaim. et ve tibi bethsaida